

46 omnino temporales sint, vendi possunt, ac pecunia aestimari; Gloss. in cap. cum pridem, de pactis, Sanch. & alii proximè adducti, præsertim Suarez videndus dist. cap. 34. per tot. ubi sub n. 6. D. Covarr. increpat, eo quod Abbatem allegat in presenti, pro opinione Cajetani; cum contrarium rectè intellectus sentiat, ut ex verbis ipsius apertè demonstrat. Sed in permutatione beneficiorum, licet Episcopo ex officio, pacto cessante, pensionem constituere super magis pingue, ut æqualitas inter permutantes seruetur, quod onus non transibit ultra personam ipsius permutantis, Ancharranus, conf. 279. Navarr. conf. 43. nu. 4. tit. de simon. Gonç. ad reg. 8. Cellular. gloss. 14. nu. 38. August. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 69. n. 14.

65 Nec pro Cajetano facit cap. ad quest. 6. de rev. perm. cui rectè D. Covarr. satisfacit, & ante ipsum Panormitanus ibi: Pecunia enim fuit data, quoniam Ecclesiæ permutarunt bona propria, quæ spiritualia non sunt, quarum altera plures, aut meliores possessiones habebat; qui excessus sine vitio simoniæ potuit pretio compensari. In permutatione autem beneficiorum, est temporale intuitu fructuum præteritur, ipse titulus, cujus ratione illi debentur est, qui comparatur, & cum spiritualis sit, simoniæ labem incurri non dubitatur, nec fructus à titulo possunt separari.

Ibi: Nec vidit unquam.

66 An in locacione fructuum beneficiorum locus sit remedio d. l. 2. docent Padilla ibi à n. 15. & Gutierrez. quest. canonic. lib. 1. cap. 39. n. 66. Sed questio hæc pender ab illa, qua controversitur, utrum in locacione, aut venditione, in qua sola spes emitur, vel conducitur, ut sunt fructus beneficii, admittatur præfata constitutio? Circa quod DD. non conveniunt; Afirmant Padilla dist. num. 15. Matienç. in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 6. n. 3. & gloss. 9. n. 8. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. part. 2. ampliat. 10. n. 5. in princip. Hermos. in l. 56. tit. 5. part. 5. gloss. 4. à n. 58. Barbof. in collect. ad d. l. 2. nu. 43. Morla in empur. jur. tit. 9. q. 19. n. 8. vers. Tertio. Negant Bald. in l. si ea lege, n. 9. vers. Cum vero venditor. C. de usur. Cremenf. in d. l. 2. num. 134. Menoch. conf. 843. n. 34. Mangil. de eversion. q. 79. n. 30. & 31. Gratian. discept. cap. 756. à nu. 8. Cyriac. cum plurimis tom. 1. controvers. 1. nu. 35. Decian. in l. in fideicommissio, 3. notabil. C. de transact. Olea de cession. jur. tit. 6. q. 10. n. 16. qui alios refert.

Vera autem resolutio est, quam ex Cremenf. tradit Padilla, & refert Gutierrez. & Morla ubi supra. nam læsio in hujusmodi contractibus non est consideranda respectu fructuum, vel utilitatis, quam ex re emptæ, vel locatæ emptor, aut locator percipit nam est plurimum ultra spem commodi, vel incommodi sentiant contrahentes, d. l. 2. auxilio non est locus, sed solum inspicitur, quanti res vendi, aut locari communiter possit, & juxta hanc inspectionem potest locus esse prædicto remedio, licet tota utilitas rei locatæ, vel venditæ à futuro eventu, & viribus fortunæ pendeat, de quo latè disputat Didac. à Brito in rubric. de locat. part. 2. §. 2. ex n. 22. quia in computatione, quæ ad d. l. 2. fit, non attenditur futurum incrementum, sed iustus valor rei secundum tempus contractus, Menoch. ubi supra nu. 37. Mangil. de substation. q. 40. nu. 1. Pinel. in dist. l. 2. part. 3. cap. fin. n. 15. Cyriac. dist. 1. controvers. 1. n. 37. Lessi. de just. lib. 2. cap. 21. dubit. 6. nu. 41. Medina de restitut. tom. 2. tit. de cens. vitalit. q. 14. vers. Ac proinde videtur, fol. 499. Unde si beneficii fructus locentur iusta mer-

cede juxta communem hominum æstimationem, aut saltem læsio ultra dimidiam non detur, cessabit d. constitutionis remedium, sive uberrimi, sive nulli per conductorem percipiantur: aliud juris erit, si tales fructus possent, solerentque locari centum aureis, & minus quinquaginta locentur; nam hoc casu proculdubio, vel contractus rescindatur, vel quod deest usque ad justam pensionem conductor pendere compelleretur; juxta quæ intelligendus est D. Covarr. hic, tam quoad dist. l. 2. quam quoad restitutionem in integrum. Nec enim quoad hoc differentia aliqua inter fructus beneficii, & alias potest considerari, cum ipsi temporales omnino sint, si à titulo separati considerentur, prout fit cum locantur, cap. vestra 2. de locat. Escobar. de ratiocin. lib. 1. cap. 29. nu. 13.

AD CAPUT VI.

Quale mandatum sit necessarium ad petendam in integrum restitutionem.

SUMMARIUM.

- 1 Authores ad hunc tractatum videndi ostenduntur.
- 2 In quibus casibus mandatum speciale intervenire debet, remissivè.
- 3 Ad petendam in integrum restitutionem principaliter mandatum speciale desideratur.
- 4 Cautela ad petendum restitutionem sine speciali mandato.
- 5 Restringitur præfata cautela.
- 6 Nemo in judicio sine actione admittitur.
- 7 Judex, est Pars non opponat, agentem sine actione repellere potest.
- 8 Ratio traditur, cur restitutio principaliter peti nequit sine speciali mandato, cum incidenter possit.
- 9 Commissio principali negotio, omnia mandata censentur, quæ ad ejus expeditionem sunt opus.
- 10 Restitutio incidenter postulat, etiam in ipsa sententiæ executione.
- 11 Exequutio est appendix litis principalis.
- 12 Mandatum ad litem certam non expirat ante sententiæ executionem.
- 13 In mandato ad petendam restitutionem in integrum causæ expressio necessaria non est.
- 14 Speciale mandatum dicitur, in quo certum causarum genus committitur.
- 15 Ad matrimonium contrahendum singulare mandatum requiritur.
- 16 In mandato ad jurandum de calumnia, causæ expressio necessaria non est.
- 17 Limitatur, si jurandum est ad accusationem.
- 18 Non est anime periculosa præfata doctrina.
- 19 Præsumendum non est, quemquam in officio delinquere.
- 20 Habens mandatum generale ad agendum, excipiendum & supplicandum, restitutionem jure petit.
- 21 Procurator, cui mandata est nominatim aliqua causa, postulans speciale mandatum cum clausula: Et ad alia omnia; potest similes tractare, non autem majoris præjudicii.
- 22 An ex generali mandato, in quo excepta est aliqua causa exigens speciale mandatum, possit procurator expedire alias causas minoris præjudicii, ad quas speciale mandatum requiritur?
- 23 Exceptio debet esse de regula, & eam firmat in contrarium.
- 24 Resolvitur negativè questio proposita supr. nu. 22.
- 25 Quæ indulta sunt ad diminutionem, non debent augmentum operari.

- 26 Exponitur textus in cap. qui ad agendum, de procurat. in 6.
- 27 Non est tribuendum plus voluntati tacite, quam expressæ.
- 28 Sub exemplo omnia videntur exprimi, quæ sunt ejusdem rationis cum expresso.
- 29 Mandatum cum libera æquiparatur mandato speciali in eis, quæ non sunt magni præjudicii.
- 30 Habens mandatum cum libera restitutionem principaliter petere potest.
- 31 Procurator Principis, aut Reipublicæ, in integrum restitutionem postulat.
- 32 Quando, causâ aliquâ expressâ, adjicitur clausula: Cum libera, in mandato, restringitur illud ad similes, nec majoris præjudicii negotia complectitur.
- 33 Clausula: Quod possit facere omnia, quæ dominus, æquivaleret clausula: Cum libera.
- 34 Procurator non potest agere, quæ speciale mandatum postulat, licet in mandato dominus ratihabitionem promittat.
- 35 Procurator, de cujus mandato sufficientia dubitatur, præfata cautione de rato, admittitur.
- 36 Consanguineus non admittitur pro consanguineo sine mandato ad ea, quæ illud speciale postulant.
- 37 Limitatur, ubi ejus interest principaliter, restitutionem in integrum petere.
- 38 Consanguineus non admittitur sine satisfactione de rato.
- 39 Affinis etiam sine mandato pro affine admittitur, ut consanguineus.
- 40 Admittitur eodem modo amicus, si maxima sit amicitia.
- 41 Amicitia vera similis est strictissima cognationi.
- 42 Explicatur textus in cap. nonnulli, §. cum autem, de rescript.
- 43 Nullus, exceptis conjunctis, impetrare potest literas justitiæ sine speciali mandato.
- 44 Hodie ex stylo sufficit generale.
- 45 Intellegitur l. patri pro filio, ff. de minorib.
- 46 Conjunctus, cum admittitur sine mandato in judicio, non venit ex voluntate domini.
- 47 Procurator est, qui aliena negotia domini voluntate gerit.
- 48 Conjuncti non audiuntur, ut procuratores.
- 49 Conjunctus cum mandato generali, tractare non potest, quæ illud exigunt speciale.
- 50 Enodatur cap. constitutus, de in integrum restit. Vide infra, num. 54.
- 51 Consortis litis sine mandato, nomine consortis agere non valet ante contestationem.
- 52 Non admittitur ad ea, quæ speciale mandatum requirunt, sine illo.
- 53 Consanguineus simul & consors litis, potest sine mandato petere restitutionem, nisi à Parte opponatur.
- 54 Traditur alter intellectus ad d. cap. constitutus. Vide supr. num. 50.
- 55 Consanguineus, ubi admittitur sine mandato, substitutum ante litis contestationem non constituit.
- 56 Ad substituendum ante litis contestationem speciale mandatum desideratur.
- 57 Procurator, qui litem contestatur, ejus dominus fit.
- 58 Administratores alieni patrimonii restitutionem in integrum sine speciali mandato postulant.
- 59 Qui administrationem à lege habent, eam liberam obtinent.
- 60 Ad defendendum eum, contra quem restitutio in integrum petitur, non est necessarium speciale mandatum.

in l. si curatorem habens, verb. Implorandum, à n. 14. Morla in empur. jur. tit. 5. in princ. n. 22. Cyriac. tom. 2. controvers. 380. n. 26. Menoch. conf. 100. n. 298. Cevall. tom. 1. quest. 134. Rebuf. ad leg. Gallicas. tom. 2. tract. de restit. art. 1. gloss. ult. n. 3. Tiraquel. in tract. res int. alios act. Pichar. in §. procurator, n. 34. Inst. de iis per quos ager poss. Farinac. in prax. quest. 99. n. 62. Barbof. in collect. ad l. unie. n. 2. & 3. Cetiam per procurat. Gregor. Lop. in l. 15. tit. 5. p. 3. Plures casus, quibus speciale mandatum est opus, congerunt idem Barbof. in tract. de clausul. usufreq. claus. 35. à n. 16. Cardos. in prax. Judic. verb. Procurator, Gloss. verb. Pacifici, in cap. qui ad agendum 4. de procurat. in 6. Firmian. in suo repert. verb. Mandatum, Golin. de procurat. p. 2. c. 5.

Ad Num. 1.

Licet ad petendam in integrum restitutionem principaliter speciale mandatum desideretur, sufficit generale, si postuletur incidenter, ut omnes fatentur nuper laudati. Docent autem Tondut. de prævent. 4. judic. p. 2. cap. 20. n. 9. cum seqq. Nata conf. 162. n. 34. vers. Circa modum agendi, Cyriac. dist. contr. 380. n. 21. cautelam, qua nunquam erit necesse speciale mandatum, proponendo scilicet in eodem libello actionem, ad quam minor restitui intendit, ac deinde per viam replicationis petendo in integrum restitutionem, v. g. si procurator conveniat possessorem rei minoris, & addat, quod si adversarius opponat de præscriptione, nihil obstat, quia adversus illam competit minori restitutio, quam implorat; quo casu præfati DD. ex aliis tradunt, restitutionem incidenter postulari, atque ideo mandatum generale satis erit; quo maxime restringitur decisio l. illud 26. §. fin. ff. de minor.

Sed præmissam cautelam restringit meritò Cyriac. 5. cum aliis, n. 74. ad casum, ubi extat actio minori competens, est per exceptionem elisibilis; quod si penitus fuerit extincta, necessario prius petendum est restitutionis auxilium, per quod via ad agendum aperiatur, cum nemini sine actione in judicio experiri permittatur; l. si pupilli 6. §. videamus. ff. de neg. gest. l. si quid possit 54. §. illud. ff. de petit. her. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 2. disp. 5. n. 27. Paz in prax. tom. 3. in princ. n. 5. Ant. Gom. var. lib. 2. cap. 11. n. 24. Cyriac. tom. 2. controvers. 321. n. 3. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 16. n. 2. adeo ut Judex, etiam parte non opponente, sic agentem repellat, Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 60. n. 29. Marant. de ordine judicior. part. 4. dist. 20. nu. 15. Boer. decis. 344. n. 8. Bobadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. nu. 83. Petr. Barbof. in l. si alienam, nu. 18. ff. solutio matrimon. Imò tenetur; alias Partis damnificatæ manet alitricus ad interesse, & ob hoc in syndicatu poterit conveniri; Menoch. supr. n. 4. Gamma dec. 26. n. 7. 8. Hujusmodi igitur restitutio, quæ non nisi principaliter peti potest, sine speciali mandato minime impetrabitur.

Ratio, propter quam, in restitutionis petitione adesse debet speciale mandatum, ea reddi potest; quia cum hoc beneficium extraordinarium sit, l. in causâ 17. de minorib. non censetur sub generali mandato comprehensum. Alias rationes tradit Cald. d. verb. Implorandum, n. 5. Quod fallit, ubi incidenter imploratur, nam cum principale negotium alteri committitur, omnia mandata intelliguntur, sine quibus illud nequit expediri; l. fin. ff. de officio ejus cui: l. quicumque §. 5. non tamen, vers. Sed est pecuniam, ff. de instit. act. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 101. n. 15. & quæ ipsi connexa sunt, Menoc. conf. 203. n. 32. ubi alii Alexand. conf. 118. n. 23. lib. 5. Rot. decis. 374. n. 18. part. 5. in recent.

1 Ad ea, quæ hoc cap. continentur, sunt consulendi Sforcia Oddus de integ. restit. p. 1. quest. 31. art. 12. cum seqq. Mauric. eod. tract. cap. 3. Cald. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.



Verf. Ex quibus fundamentum.

10 Non solum ante sententiam diffinitivam licet restitutionem petere adversus interlocutoriam, à qua non potest appellari, ut *D. Covarruv.* docet, verum etiam post rem judicatam, in ipsa sententiæ executione, non prohibetur procurator sine speciali mandato illud auxilium implorare per viam exceptionis, siquidem ita incidenter quoque postulari dicitur; Flores de Mena *variar. lib. 2. c. 5. n. 71.* Carleval. *dict. tom. 2. tit. 3. disp. 16. n. 27. cum seqq.* qui plures allegat, quoniam executio appendix est litis principalis, quæ non videtur extincta antequam exequatur; Salgad. *de retent. bullar. 2. part. c. 18. n. 17.* Golin. *de procurat. part. 2. c. 5. n. 185.* Mantica. *de tac. & ambig. convent. l. 7. tit. 27. n. 28.* & pro una eademque causa habetur, maxime si idem Judex, 12 qui pronunciavit sententiam, exequatur & quare mandatum ad certam litem non expirat, antequam illa per executionem extinguatur: facit *l. cum qui 48. ff. de minorib. Noguero. allegat. 36. n. 12.* Put. *decis. 366. n. 4. cum seqq. lib. 1. Mantica. de tac. & ambig. convent. lib. 7. tit. 22. nu. 27.* & alii statim referendi; quamvis contrarium responderit Menoch. *conf. 790. nu. 1.* & teneant Phæb. *decis. 4. Ceval. tom. 9. 632. n. 8.* & alii.

Ex quibus inferitur, ut si procurator cum generali mandato causam minoris agens superetur, ac sententia in rem judicatam transeat, poterit nihilominus incidenter in ipsa executione restitutionem per exceptionis viam postulare, cum adhuc causa principalis pendere dicatur; Bart. *in l. 2. C. de litigios. Put. supr. n. 4.* Rota per Farinac. *decis. 692. n. 3. ad finem p. 2. in recent. Mantica. dict. tit. 22. n. 28.* Salgad. *de recent. bullar. part. 2. c. 18. n. 17.* Golin. *ubi proximè.*

Ad Num. 2.

13 In mandato speciali ad petendam restitutionem, non requiritur, ut in individuo causa exprimitur, sed sufficit, procuratorem constitui, ut quoties occurrerit necessitas, tale auxilium imploret, Golin. *supr. nu. 22.* Mauric. *cap. 24. Ceval. d. quest. 134. n. 2. cum seqq.* Oddus *q. 31. art. 4. ex nu. 71.* Greg. Lop. *in d. l. 15. gloss. 1. Gratian. discept. forens. c. 105. n. 25.* Et comprobatur ex Menoch. *conf. 287. n. 22.*

14 ubi ex aliis ait, speciale mandatum dici, cum genus causarum exprimitur, veluti ad transigendum, vendendum; pignorandum; nec opus esse, res, aut personas sigillarim declarari: Quod tenent etiam Bart. *in leg. filius fam. n. 8. ff. de donat. Vantius de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu mandati comparant. Salicet. in l. unic. C. etiam per procurat. in integr. restit. pet. poss. in l. unic. C. etiam per procurat. in integr. restit. pet. poss.*

15 Nam ubi hæc inferuntur, potius mandatum singulare debet appellari, (quod in quibusdã causis fieri oportet, veluti ad matrimonium contrahendum;) de quo latissime Merlin. *dict. quest. 101. n. 5. cum seqq.* Causas autem, quæ hoc singulare mandatum postulant, refert August. Barbof. *de clausul. post. claus. 35.*

Ibi: Eadem ferè vel simili ratione.

16 Similiter in mandato speciali ad jurandum de calumnia, expressio causæ non exigitur; lat enim est, constitui procuratorem cum facultate generali sic jurandi; ut docent, ac communiter observari, testantur Anton. Del. *Re de juram. calumn. cap. 16. n. 17.* Gratian. *ubi supra n. 23.* Guttier. *practicar. libr. 1. c. 62. Ceval. tom. 1. quest. 498.* Barbof. *in collect. ad l. 2. n. 13. C. de jurament. propt. calumn. Golin. dict. part. 2. c. 5. n. 30.* Id tamen limitat, Marefcot. *var. l. 2. c. 137. in fine, in accusatione, quando permittitur per procuratorem accusare, nam causa, & persona*

exprimenda est, ut possit de calumnia jurari; Golin. *d. cap. 5. n. 27.* Luc. de Penna *in l. tam. collatores, col. 6. C. de re militar. lib. 12.*

Neque praxis hæc inducit aliquid peierandi periculum, ut rectè Guttier. advertit; nam etsi generaliter detur mandatum ad jurandum de calumnia, quoties fuerit necesse, non inde sequitur, procuratorem non instructum in animam domini juraturum; nec credendum est, illicitè suo munere functurum; argument. *leg. meritò 51. ff. pro socio, Golin. part. 1. c. 5. n. 84.* Seraphin. *decis. 1134. nu. 13.* Nihilominus contrarium cum *D. Covarr.* defendunt multi, quos ipse refert *in c. quamvis pactum, part. 1. §. 5. in fine, de pact. in 6.* sequitur Menchac. *question. usufrequent. c. 25. n. 17.*

Ad Num. 3.

Mandatum ad agendum, defendendum, ac supplicandum habens, potest restitutionem principaliter pro minore postulare; Oddus *dict. art. 12. n. 51.* Barbof. *in dict. collect. ad l. unic. n. 3.* Roland. à Valle, *conf. 26. n. 18. volum. 1. Cald. dict. verb. Implorandum, n. 47. in fine, Castador. decis. 1. de procurator. Golin. dict. p. 2. cap. 5. nu. 22.*

Verf. Quariò manifestè.

Compertum est, ut quoties procurator datus est nominatim ad causam, quæ sine speciali mandato expediri non potest, si adjiciatur deinde: *Et ad alia speciale mandatum exigentia*, omnia, quæ illud requirunt: possit agere, *cap. qui ad agendum 4. §. 1. ubi notat Barbof. in collect. nu. 3. de procurat. in 6.* Golin. *d. p. 2. cap. 4. n. 41.* Bertach. *in repert. verb. Procurator constituitur, n. 26.* Alexand. *conf. 22. n. 8. 9 lib. 1. Oliban. de actionib. lib. 1. part. 2. cap. 16. n. 19.* nisi causæ, quæ expressæ non sunt, grave, ac majus præjudicium afferant domino, quam causa expressa, Paz *in praxi tom. 1. annotat. 4. n. 19. & 20.* atque ita in specie restitutionis in integrum docuit Greg. Lop. *in d. l. 15. gloss. 1. nam verba generalia mandati secundum quod exprimitur, restringuntur; Golin. part. 2. c. 4. n. 47.* Franc. Marc. *decis. 484. par. 2. Cyriac. tom. 2. controv. 278. n. 60.* Mantica. *supr. tit. 16. n. 34. 37. 22.*

Illud dubitatur inter DD. si procurator constituitur ad omnia, & excipiat causa aliqua speciale mandatum requirens, ut juramentum de calumnia, vel transactio, an talis procurator possit expedire cætera, ad quæ speciale mandatum desideratur; in quibus minus, aut non magis detrimenti dominus pateretur? & affirmativè responderunt Deci. *in l. 1. n. 25. ff. de reg. jur. Jason. in l. properandum, n. 7. C. de judic. Menoch. conf. 87. n. 37. & conf. 312. n. 7.* Merlin. *ubi supra, n. 16. & 17.* Golin. *dict. cap. 4. à n. 45.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 23. part. 2. n. 35.* Milis *in repert. verb. Procurator expressè, & communem dicit Mantica; ubi proximè, n. 31.* Ratio horum est, quia exceptio debet esse de regula, quam in contrarium firmat, *l. questum 12. §. idem Pomponius respondit domo, lib. 2. ff. de fund. instruct. l. nam quod. liquida 4. §. fin. ff. de pen. leg. ubi communiter notatur; Argel. de acquir. possess. quest. 3. art. 9. n. 12.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. n. 362.* Everard *in loc. legal. in 19. ab except. ad regul. & loc. 99. ab speciali.* Hinc est, ut qui casum excipit exigentem speciale mandatum, videatur omnia familia, aut saltem quæ tanti præjudicii non sunt, procuratori demandare.

Contrarium placuit Tiraquel. *de retract. lignag. 24. ad finem tituli, num. 94.* Rebuf. *in tract. exceptionum nu. 24.* Barbof. *in collect. ad dict. cap. qui ad agendum,*

Verf. Sextò ex his infero.

Consentiunt Babof. *in collectanea ad caput, coram 331 in fine, de in integrum restitutione, Castador. decis. 1. nu. 3. de procur. Mantica. decis. 11. numer. 2. Sfor. Oddus dict. articul. 12. numer. 52.* quoniam per illam clausulam: *Ve possit facere omnia, quæ dominus possit;* libera administratio conceditur, Cyriac. *dict. controvers. 278. numer. 59.* Merlin. *n. 23.* Bolaño: *in Curia Philippica, part. 1. §. 10. n. 24.* Gregorius Lopez *in l. 19. gloss. 8. tit. 5. partit. 3.* Guttier. *ubi proximè, Golinus dict. part. 2. ca. 4. numer. 12.* Marta *de claus. clausula 115.* Rota apud Censuram *de censibus decis. 168. n. 2.* Grivel. Dolan. *decis. 112. n. 6.* Muta *in pragmat. Regn. Sicil. de offic. Proreg. tit. 1. à n. 50.* Castill. *suprà, n. 32.*

Ad Num. 4.

Etsi dominus in mandato promittat, se ratum habiturum quod ejus gesserit procurator, non poterunt ex hoc ea expediri, quæ mandatum exigunt speciale; Alberic. *in l. 1. column. 4. verf. Nunc venio ad questiones, ff. de offic. procur. Cæsar. Decian. conf. 340. n. 8. & conf. 500. n. 12.* Surd. *conf. 160. n. 35.* Mantica *d. l. 7. tit. 16. n. 13.* Vanti. *de nullit. ex defectu mandat. nu. 114.* Cyriac. *d. controvers. 278. nu. 57.* Greg. Lop. *ubi nuper: Golin. d. ca. 4. nu. 22.* Seraphin. *decis. 238. num. 4.* Barbof. *d. claus. 35. numer. 17.*

Procurator, de cujus mandati sufficientia dubitatur ad petendam in integrum restitutionem, admittitur præstita cautione de rato; Odd. *d. q. 31. art. 12. n. 54.* Barbof. *in d. l. unic. n. 3.* & ita generaliter statutum est, quoties de viribus mandati ambigitur; *l. 21. tit. 5. p. 3.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 1.* Golin. *part. 4. cap. 2. nu. 1.* Pyrrh. Maur. *de fide jussor. p. 1. in princ. sect. 2. cap. 9. nu. 2. 3.*

Ad Num. 5.

Est communis resolutio, non posse consanguineum absque speciali mandato petere in integrum restitutionem, sicut nec quidquam aliud facere, quo sine illo peragi nequit; Menchac. *quest. usufreq. c. 22. nu. 12.* Tiraq. *d. retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 98.* & gloss. 13. n. 34. Caldas *in d. l. si curatorem, verb. Implorandum, nu. 8.* Petr. Barbof. *in l. 3. n. 23. ff. sol. matrim. Bolaño ubi supr. n. 30.* Argel. *dict. q. 15. art. 4. n. 3.* Gomez Baio *in praxi 3. part. l. 1. c. 12. nu. 14.* Golin. *p. 3. ca. 2. nu. 18.* Chartar. *decis. 54. nu. 6.* Maur. *supr. nu. 15.* Mag. *decis. 6. nu. 13.* Surd. *decis. 215.* Gratian. *discept. ca. 401.* Quod limitat in parte, Golin. *nu. 19.* Chartar. *37 nu. 18.* Cotta *in memorabilib. verb. Conjuncta persona, Jas. in l. exigendi, n. 9. C. de procurat. Limitat etiam Odd. dict. q. 31. art. 9. n. 38.* ubi conjuncti interstit restitutionem impetrari quia communes habet cum minore facultates, vel alias.

Sed cum admittitur absque mandato conjunctus in qualibet causa, debet de rato satisfidare, Camil. Borrel. *in summ. omn. decis. tit. 66. nu. 94.* Bolanos, *ubi supra, Golin. part. 3. c. 1. nu. 3. cum seqq.* Joseph Ludovic. *decis. Lucens. 41. nu. 1. 2.* Hippolyt. *sing. 228. n. 2.* Quod etiam verum est in patre, Golin. *in §. Roman. sing. 619. l. filius fam. 14. ff. qui satisfid. cogant. & ratihabitione non sequuta corrui quod actum est. Donell. comment. jur. civil. l. 18. c. 11. col. 5.* Menoch. *ubi supr. l. 2. c. 23. nu. 6.* Surd. *de aliment. tit. 3. q. 8. n. 10.*

Idem quod de consanguineo, de affine dicitur 39

D 3

est,

26 dum, nu. 4. Quæ enim inducta sunt ad deminutionem, non debent augmentum operari, Bart. *in l. Denique Pegasus 8. §. interdum, ff. de pecul. leg.* per argumentum ab speciali: cum ergo dominus intenderit auferre, ac limitare procuratoris facultatem, ex eo non debet ampliari. Quibus adtipularu textus in *d. ca. qui ad agendum, in principio.* ubi statuitur, non sufficere ad exercenda, quæ speciale mandatum desiderant, generale mandatum ad omnia quæ sine speciale expediri non possunt; nisi aliquis casus exprimat; quod in §. 1. deciditur: Igitur cum ex exceptione unius causæ poscentis mandatum speciale solum inducatur voluntas tacita ut adversarij volunt, ad alia similia procuratori committenda, hæc non sufficit; ne magis tribuendum est tacite voluntati, quam expressæ, cum utriusque idem debeat esse judicium, *l. cum. quid. 3. ff. si cert. petat.*

27 Nec rectè argumentatur de exprimente unum casum in mandato ad excipientem: qui enim exprimit omnes similes casus, sub uno exemplo explicat, ac expressè quodammodo committere censetur, quæ consideratio in excipiente, non procedit, qui exemplum inferit non eorum, quæ procuratori mandat, sed quæ suo nomine fieri veta; atque ita cum voluntas, quæ ex exceptione causæ mandatum speciale requirentis ut similes mandata censeantur, profus sit tacita; & præsumpta, sufficere non debet, ubi speciale mandatum desideratur, cum & generalis expressa non profit *d. ca. qui ad agendum, in princip.* Ex his deducitur sita retulimus; quoniam illud cessat, ubi expressa, & specialis voluntas desideratur, ut in præfenti.

Verf. Quinò ab eadem.

Mandatum cum libera æqui paratur speciali in iis quæ domino maximum non afferunt detrimentum: quare procurator ita constitutus, rectè in integrum restitutionem postulat; Pareja cum plurimis de *instrum. edit. tit. 5. resol. 10. nu. 6.* Magon. *decis. Lucens. 51. nu. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1308. nu. 9.* cum seqq. Castill. *Sicil. decis. 74. numer. 31.* Gratian. *disceptat. ca. 95. nu. 9.* Græu. *ad pract. Cam. Imper. l. 2. conclus. 72. consider. 4.* Greg. Lop. *in dict. l. 15. gloss. 2. Paz d. amot. 4. nu. 7.* Hermos. *in l. 48. gloss. 5. n. 2. tit. 5. part. 5.* Caldas *suprà, dict. numer. 7. in fine.* Tiraquel. *de jur. marit. gloss. 8. n. 81.* & de indic. in reb. *exiguis, verf. 41.* Reginal. *in praxi fori penit. l. 25. n. 606. verf. Quintum est, Merlin. dict. quest. 101. ubi à n. 13.* de protestate procuratoris cum libera optime differit, Guttier. *de jurament. confirmat. part. 1. ca. 50. n. 13.* Argel. *de acquir. possess. quest. 15. articul. 5. nu. 11. & 12.* Non autem veniunt sub tali mandato, quæ illud singulare deponunt Merlin. *numer. 31.* Cyriac. *contravers. 278. numer. 60.* Pute. *decis. 53. n. 2.* Ruin Jun. *conf. 54. n. 29.* 30. Golin. *dict. ca. 4. nu. 58.* Philip. Franc. *in dict. ca. qui ad agendum, in princip. verf. Ultimo nota.*

Hinc sequitur, Procuratorem Principis, vel Reipublicæ posse in integrum restitutionem postulare; quoniam à lege habet administrationem cum libera, Barbof. *in dict. l. vinc. n. 3.* Merlin. *n. 18.* Surd. *conf. 335. n. 18.* Odd. *dict. part. 1. q. 31. art. 12. n. 54.*

Quando clausula, cum libera, apponitur in mandato, causis aliquibus expressis, restringitur ad expressa & similia, nec graviora complectitur; Merlin. *n. 28.* Francisc. Marc. *decis. 484. n. 3. part. 2.* Cyriac. *dict. contravers. 278. nu. 60.* Golin. *dict. c. 4. nu. 47.* 48. Mantica. *dict. titul. 16. nu. 36.* Angel. *in princip. nu. 3.* Institut. *de iis per quos ager. possim. Narbon. de appellat. à Vicar. ad Episcop. lib. 1. quest. 65. n. 12.* Mart. *in ff. non tom. 1. c. 75. verf. Procurator, Pareja supr. nu. 75.*

Faria addit, ad Covar. Tom. 2.